



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

28. Triplices decimæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Stirps prior haud salvat, nec quas parit altera, proles

(a) Tertia sub Triadis schemate sola beat.

(b) Sit carnis merces, seu sanguinis ista putanda,

(c) Nec non hospitij : (d) gratia pura fuit.

(a) Nota. Qui ex Aegyptijs, vel Idumaeis conversus fiebat Judaeus, ab eo primo computando, tertiâ generatione ad congregationem Judaeorum, ut privilegij ipsorum frui posset, prius admittebatur. [b] Vers. 7. [c] Ibidem. (d) Quia Judaei quamdiu fuerunt advena in Aegypto, fuerunt multa passi, & duriter tractati, ita ut sit pura gratia, quod Dominus Deus ratione hospitij Aegyptijs hic concedit. Vide Leon. Marium. Deut. 23. & comment. illi.

SYMBOLUM 28.

Annus decimarum tertius,

Ac Triplices decimæ Deut. 26.

[a] **P**ortio debetur decimarum prima Levitis,
Hæc solvenda sacris portio jure Viris.

Altera pars cedit Solymas visentibus ædes,

[b] Ut cadat excelso Victima grata Deo.

Tandem munificæ Triadis de lege, pupillis

Tertia pars, viduis, pauperibusquè datur.

(a) Tertio quolibet anno triplices dabantur a Judæis decimæ. Primò levitis, Secundò advenis ter in anno Hierosolymam ad templum venientibus, Tertio pauperibus, viduis, pupillis. Omnes hæ tres decimæ soluebantur tertio anno; alijs verò annis duæ priores duntaxat. Vide Abul. hoc loco (b) Deut. 26. vers. 15.

G

SYM-